

The Electronic Manipulus florum  
www.manipulusflorum.com

Reuerencia k  
cum fonte primo

Bonus uir sine Deo nemo est.

Bonus vero uir sine deo nemo est:  
an potest aliquis supra fortunam nisi ab  
illo adiutus exsurgere?

Ille dat consilia magna et erecta.

Ille dat consilia magna et erecta.  
In unoquoque virorum bonorum (quis  
deus incertum est) habitat deus. Si tibi  
occurrerit vetustis arboribus et solitam  
altitudinem egressis frequens lucus et  
conspectum caeli <densitate> ramorum  
aliorum alios protegentium summovens,  
illa proceritas silvae et secretum loci et  
admiratio umbrae in aperto tam densae  
atque continuae fidem tibi numinis  
faciet. Si quis specus saxi penitus exesis  
montem suspenderit, non manu factus,  
sed naturalibus causis in tantam  
laxitatem excavatus, animum tuum  
quadam religionis suspicione percutiet.

Magnorum fluminum capita ueneramur;

Magnorum fluminum capita ueneramur;  
subita ex abdito vasti amnis eruptio aras  
habet;

coluntur aquarum calencium fontes et  
stagna que uel opacitas uel immensa  
altitudo sacrauit.

coluntur aquarum calencium fontes, et  
stagna quaedam uel opacitas uel  
immensa altitudo sacrauit.

Seneca XL. epistola.

Lucius Annaeus Seneca, *Ad Lucilium  
epistulae morales*, 41, 2-3 (L. Reynolds  
ed., vol.1, pp.108-9, ll.10-24, 1).